



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De corde puro & conscientia. cap. lxxviii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A De corde puro & conscientia. CAP. LXXVIII.



MNI custodia serua cor tuum: ex ipso enim vita procedit. Pro. 4.
 Pretiosa possessio vir purus. Consilium bonum custodiet 2.
 te: & custodia sancta conseruabit te. Vt liberet te à via mala,
 & ab homine qui nihil fidele loquitur. Cor viri cogitet iu- 17-
 sta: vt à Deo dirigantur gressus eius. Sicut probatur in for-
 nace argentum & aurum: sic electa corda à Domino. Viæ
 vitæ cogitationes hominis prudentis. A cogitationibus suis

fatiabitur vir prudens. Diligit Dominus corda sancta: accepti autem sunt ipsi
 B omnes immaculati.

Ambula in viis cordis tui: & scito quoniam pro his omnibus adducet te Deus Eccl. 1.
 in iudicium. Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua.

Beatus quem non reprehendit anima sua. Eccl.

Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Matth. 5.

Gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostræ, quòd in simplicitate
 & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus
 in mundo. 2. Cor. 1.

Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum: & quod- 1. Io. 3.
 cunque petierimus, accipiemus ab eo.

C Primùm illud quod beatum censendum est, puritas animi nostri est. Siquidem consilium Basl.
 illud, quod in pectore initur, radix est actionum, quæ corpore obeuntur.

Virtute nullum gratius donum Deo. Nat. in

Qui diuis licet des, nil tamen dignum dabis. Tetra. st.

Hoc offer ergo, quod queat pauper dare.

Meretricis horret purus ille præmium.

Qui præclara conscientia præditi sunt, lucis ac diei filij appellantur. Nyssen.

Nihil est, quod tantam nobis voluptatem afferre soleat, quàm animus bene sibi con- Chryf.
 sciis, ac spes lætæ.

Conscientia exultans, faciem quoque ipsam exornat, atque animæ valetudo ac firmitas

D genas irrigat. Neque enim frustra dictum est à Sapiente, Cor gaudens exhilarat faciem. Pro. 15.

Non abstinentia à malis & flagitiosis actionibus eum, qui fide præditus est, iustum red- Clement.
 dit: sed cogitationum puritas, ac sinceritas.

Perturbationibus vacuarum ac purarum animarum salus est.

Mens pura, & sermo purus, ac vita à peccati labe immunis, thronus ac templum ve- Didymi.
 rum Dei est.

Cor castum contemplationum portus est. Euagr.

Humanus animus concitatorum animi motuum euulsor non est, sed oppugnator. Iosephus.

De mala conscientia. CAP. LXXIX.

E



PREVISTI omnes discedentes à iudiciis tuis, quia iniusta psal. 118.
 cogitatio eorum.

Peruersum cor machinatur mala. Qui duro corde est, non Pro. 6.
 inueniet bona: cor iniqui exquirat mala. Qui duro corde est,
 incidet in mala.

Concaluerunt tanquam clibanus corda eorum. Occurram osee. 7. 13.
 eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora cordis eo-
 rum. Vsq; quo sunt cogitationes aduersum te?

Impietas vestra super vos: & peccata cogitationum vestrarum accipietis. Ezech.

Peruersæ cogitationes separant à Deo. Impij, prout cogitauerunt, habe- sap. 1.